

THESAURUS
JURIS ROMANI,

Continens

RARIORA
MELIORUM INTERPRETUM
OPUSCULA,

In quibus Jus Romanum emendatur,
explicatur, illustratur.

Itemque Classicis aliisque Auctoribus haud raro lumen
accenditur.

cum Praefatione

EVERARDI OTTONIS,

FCti, & Antecessoris.

TOMUS I.



Juxta Exemplar

LUGDUNI BATAVORUM;

BASTIAE,

Impensis JOH. LUDOVICI BRANDMULLERI,

M DCC XXI

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE
VIRO,
CORNELIO VAN BYNKERSHOEK,
CURIAE SUPREMAE, QUAE HOLLANDIAE, ZELANDIAE,
FRISIAEQUE NOMINE, HAGAE BATAVORUM EST,
PRAESIDI GRAVISSIMO,

S. D.

EVERARDUS OTTO.



Iam diu molestum est omnibus, qui masculinae Jurisprudenciae nomen de-
derunt, Praefes Amplissime, meliora superiorum temporum Opuscula
quodammodo deplorata facere, situque ac pulvere vetustatis obduci;
quibus in lucem hominum prolatis, spes erat, postliminio reversarum
studium Juris Civilis, quod plurimum nunc compendio male confuto, aut
febriculosis aliquot definitionibus, nulli usui in vita civili futuris, in-
tuentur. In tanto autem doctissimorum hominum, quos nostra haec
& parentum aetas tulit, proventus, repertus fuit nemo, qui susceptu
eorum editione, operae pretium se facturum existimaverit: quamvis in aliis scientiis & disci-
plinis, Viri ingenio praestantes, hoc officii genere, certatim sibi laudem comparassent. Sae-
pe igitur multumque, in mea statione, tanto studiorum frigore distrucibar, nec parum
subinde Auditorum meorum movebar querelis, nuspium veteres illos heroes, toties com-
mendatos, ac laudibus plane in caelum evectos reperiri; immo quosdam eorum tam spissis
tenebris involvi, ut ipsa eruditioribus vix sancto cogniti habeantur. Itaque rogavi alios,
& convitio pene efflagitavi viros, in auctoritate constitutos, quos hanc provinciam susci-
pere posse intelligebam, ne procrastinando tardarent ingenia multorum, & libros, immor-
talitati comparatos, intercidere paterentur. Jacuit autem pulcherrimum institutum, & dif-
fidebam, Thesaurum, omnium nationum votis expetitum, repertum iri, donec Tu, No-
bilissime Virorum, velut dexter Hercules, nobis apparuisti, longeque ultra spem & expe-
ctationem, instructissimam tuam supellectilem librariam obtulisti, manu liberali. Cum ergo
primus tomus ad umbilicum esset perductus, nihilque restaret, quam ut Patronus ei advo-
caretur, sub cujus tutela securus exiret, adversus vilitatorum morsus, & ancipitem ju-
dicatorum aleam experiretur; non diu ambigendum fuit, cui potissimum eum commendare-
mus. Ipse nomen Tuum sibi inscribi postulabat, cujus auspiciis inchoatus est, & consum-
matus; cui is suam debet fortunam, & pleraque accepta fert ornamenta. Non minus prae-
clari illi Juris interpretes, novo cultu nunc exultantes, atque a maculis, quibus foedaban-
tur, purgati, utro in sinum Tuum convolabant, summique Justitiae Praefidis auctoritati
committi rogabant, quae ad veritatem tuendam est comparata. Omnes denique Juris Ro-
mani, veri illius & antiqui cultores, grati animi monumentum, in vestibulo hujus Ope-
ris, Tibi collocandum esse rebantur; quod in amplissima illa dignitate, fauces ingenii praecor-
poris ac praesentibus, & Rem Literariam non minus ac Publicam, prudentia Tua, juvas,
auges & exornas. Ego vero, licet omnis consilii & doctrinae inops, parum ad hanc Colle-
ctionem conferre potuerim, nihilque magis odio habeam, quam parietinas illas herbas,
alienis operibus tenere agnascens, lubens amplector occasionem, publice declarandi, quan-
ti Te faciam, Tuasque egregia facta, cominus inspesta, usque & usque admirer. Nolo hic
ingredi laudum tuarum campum, quas ipse eadem animi magnitudine scribi vetas, qua om-
nia ad conscientiam refers, recteque factorum non ex populi sermone mercedem, sed ex
facto petis. Nec tamen adulationis notam pertimesco, si dicam, inter paucos Togati Bel-
gii Patres, quorum nomina uni annulo inscribi possunt, Te imprimis esse, qui tristes Camoe-
nas hac tempestate serio respicias, & fata percuntis Jurisprudenciae moreris. Obsides hujus
judicii habeo plausus & acclamationes, civium juxta & exterorum, Procerum ac capite cen-
sorum, qui uno ore Te colunt, ut Virum egregie cordatum, & instrumentum seculi boni.
Loquuntur pro me fecundissimi ingenii tui monumenta, in quibus eadem felicitate Jus di-
vium tractas, quae humanum; publicum, ut privatum; Jus gentium, ut civile; vetus,
ut novum; varia errorum monstra dispellis, & corruptelas librorum profligas. Jam ve-
ro quam admirabilis est, in arte illa omnium artium maxima, & Republicae regundae ma-
gistra: Tua eruditio? quam vasta, in truncis & mutilis Jurisconsultorum fragmentis, ex to-
to, quem peragrasti, doctrinarum orbe, illustrandis scientia? quam ingeniosa, ac prope di-
vina, in mendosis sanandis, & genuinis vindicandis felicitas? Omnes nostrae aetatis Juris-
consulti, si tecum conferantur, nemo ad jus universum majores animos, aut plura litera-
rum

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

EVERARDUS OTTO.



Magna profecto res est Juris Romani sapientia, ad quam illustrandam, excorandam & pristinae majestati suae restituendam, homines, omnium pene nationum, ingenio excellentes certam sese contulerunt: postquam illi, admirando Dei beneficio, primum in umbraculis Academicarum, deinde in Foro, summisque Europae Tribunalibus, Principum auctoritate, dominari coepit. Neque enim in longa tantum, quae praecesserat, barbariae nocte, sed vix ab omni hominum memoria, ullae aut observatae, aut promulgatae occurrerant Leges, quae tam certa ratione fierent ex fonte naturalis honestatis, quaeve, praeter formam artis, omnibus numeris perfectam & absolutam, tantam spirarent aequitatem, elegantiam & rationis pondus. Aliis hoc in saeculo, & non verbe Philosophiae cultoribus, nimis superne Tullius, suo persona Caelii, dixisse videbatur, incredibile esse, quam sit omne Jus Civile, praeter hoc unum, inconditum ac pene ridiculum: at mihi, vel unius Aristotelis testimonio, libro II. Politicorum cap. 5. & 8. certum fixumque sedet, omnium ceterarum Civitatum, non Barbariae tantum, sed etiam Graeciae, leges inchoare, praeter istam meram infantiam spirasse: & si nostratum irribum jura statutaria cum eo considerantur, non vanum argutum fuisse Julianum, Jus illud in omni aeterna esse validum. Quicquid sane apud Etruscum & Spartanum, apud Hebraeos & Graecos, quicquid ubique terrarum egregium fuerat, inde usque ad Regum temporibus, per viros sapientissimos, ad exempla late obvia, discussum, ventilatum & digestum fuit; neque unius Urbis aut Reipublicae Jurisconsultus hic informatur, sed is, qui apud omnes Gentes motiores jura profiteri possit, & ad agendum, & ad cavendum, & ad respondendum peritus.

Vix autem dici potest, quam pauci, ex tam immenso illo Juris hujus Interpretum numero, plena ejus scientia ditati fuerint: dum alii, cetera ingeniosis Viris, & optimis Juris condendi Auctoribus, temporaria infelicitas impedimento fuit, quo minus veros Juris conditi sensus assequerentur. Aliis rerum, opinionum & librorum multitudo talem lucubratorum igniorem objecit: plerique autem imperita Antiquitatum & sermonis Latini cespitarunt; a quibus subsidia quotquot imparati ad Sacra haec accedunt, tanquam hostes, in peregrina regione vagantur, & inter sentenciosos adhaesus, multa non intelligunt, plura pervertunt, optatione falli. Hoc quum Vir industriae stupendae, Gulielmus Budaeus animadverteret, primus quidem, apud Gallos, cum virgula divina tactus, fontes Juris Civilis aperire coepit, aditis proprio Marte Veterum ornamentis, qua Graecis, qua Latinis; sed cognoscendae utriusque Linguae magis intentus, tum communi fato omnium, qui disciplinas emortuas resuscitant, tantos in Jure progressus non fecit. Andream Alciatum, Italum, haec gloria manebat, ut, magni fidei iustar, vitam, qua iur ad Jurisprudentiam, monstrare discipulis, supra fidem undique confluentibus, quos inter Viglius Zuichemus, Frisus, Belgicae Praefes, & Antonius Augustinus, Hispaniae honos, famulium duxerunt. Horum pulcherrimis exemplis, velut classico, excitata mater ingeniorum Galia, viros produxit prudentissimos, Duarenos, Contios, Donellos, Baldinos, Charondas, Connanos, Brillonios & Hocomanos, qui Jurisconsultorum reliquias, non modo rubigine & sordibus, quas librorum infelicitas illis affricerat, purgarunt, sed Philologicis quoque & Historicis observationibus illustrant. Tandem Jacobus Cujacius, Vir iustaurandae Jurisprudentiae natus, ipsique Juris Auctoribus acquiescens, acerrima vi ingenii & iudicii subtilitatis, quae illi praecleara inchoata reliquerunt, ad consummatam fastigii gloriam exiit: ac ope Pandectes Florentini, Fragmentorum veteris aevi, Codicis Theodosiani, omnique Graecorum Jurisprudentiae, tanquam orbis totius lumen, florum nominibus tenebras obduxit. Quotquot, post aberem ejus mensem, ad agrum hunc, plenum bonae frugis, accesserunt homines elegantes & politi, nondum quidem omnia exhausta repererunt (id quod non unius nationis, ne dicam hominis, erat, quantumcumque seduli & felici fidei nati) et spiritus tantum collegerunt; minime tamen sperandas, sive numerum illarum iness, sive apparatus eruditionis, ex libris, indies magis magisque calligatis, Nummis, Marmoribus & reliqua antiquitatis suspectibile, atheniense spectes.

Illud vero molestum valde, in hac literarum luce, veri Juris cultoribus accidit, & crebris eorum querelis deploratum est, quod nonnullorum opuscula, quo minora sunt, & hinc inde sensim, eo rarius in manibus Eruditorum versentur, aut si forte in aedibus occurrant, non nisi infano pretio, calore licitantium, comparari possint: quorundam vero libri, ad immortalitatem comparati, aequantium invidia aut posterorum incuria, jam intercederint; alia denique inedita, nullo Reipubl. literariae fructu, in scinibus heredum reclusa lateant, & ad unicum perducta, miserabilem in modum indolentium fidem implerent, ne blattarum epulae fiant, soloque situ deterantur. Edax scilicet illa rerum omnium vetustas, non minus intemperanter in Jurisprudentiae, quam aliarum disciplinarum libros, omni tempore gradata est, & si peius illis non peperit, germanis, atque, ut ita dicam, majorum gentium Jurisconsultis, quam foram recentiores expectare debeant, facile liquet. Certe Justiniano imperante, plerique Veterum libri, maximae quondam auctoritatis, omniumque disciplinarum genere illustri, ipsis etiam eruditissimis hominibus vel incogniti erant, vel propter secretum mazeriae a paucis admodum attingebantur: adeo ut sine Triboniano fuisset, pretiosus illis, ex magno naufragio, tabulis careremus, quas ille, tanquam Soter & Hercules quidam Alexicacos, cum sociis, ex diligentissima sua rationum quarumvis lucubratorum collectione, nobis servavit, ut Justinianus profiteretur, in l. 2. §. 17. l. 3. §. 17. C. de Fecit. Jure conv. Nunc navibus amissis, sicut antea aplatra quaerimus, nullaque arte reparanda lugemus damna, quae duo pene nulla volumina nobis obtulerunt: postquam fida illa legum nutritrix, Berytus, tertiae motu fuit absorpta; Roma vero & Constantinopolis Barbarorum furori succubuerunt.

Hae

SERIES OPUSCULORUM

TOMI I.

<p>De Nominibus propriis <i>Sanctorum</i> Florentini, cum Antonii Augustini, Episcopi Tarraconensis, notis. Caroli Semigli, de Origine, Etymologia & Praesentia Pandectarum in l. 1. & 3. de Justitia, & Jurisdictione, Recitationibus solennibus.</p>	Pag. 1.
<p>Jac. Leclerc de Vita & Scriptis Popiniani, seu de officio Praeclatorum. Donati Ulpiani. ad Antonium Marcum de Publicis Judiciis. ad Medullianum de Poenit.</p>	41 51 67 123
<p>Jouan. Chiffonii Dissertatio Apologetica de Juris utriusque Architectis, Justiniano, Triboniano, Gratiano, & Synonyma.</p>	161
<p>Gabrielle Trivarii Dissertatio Apologetica ad inscriptionem Orationis ad Antecessores, Digestis Justiniani propositae, adversus quosdam JCoer, & Praecipua Anecdota.</p>	197
<p>Petri Burgii Ercilovani liber 3. quo varii Juris loci illustrandi, conciliandi, sanandi ratio tentatur.</p>	305
<p>Christ. Coteri Patrologorum, ad varios Pandectarum & Institutionum Juris locos, Liber singularis. Obiter etiam varii Scriptores aut emendantur, aut nove explicantur.</p>	349
<p>Gabr. Vallii Libri Singulares ad l. Gallus 29. D. de Lib. & posth. l. unie. C. de Sentent. quae pro eo quod &c. l. in Quartam 91. D. ad l. Falcid. l. Filium quem 24. C. Famil. heredis.</p>	397 419 487 413
<p>Petri Avellanii aliquae Loci veterum Auctorum restituti, vel aliter, quam vulgo fere intelliguntur, explicati.</p>	457
<p>Nicolai Cudovini Observationum & Conjecturarum liber.</p>	481
<p>Jouan. Stephi Observationes Anticriticae Juris: seu vindicationes Legum a corruptelis Criticorum & Noveticorum interpretum.</p>	501
<p>Desl. Longobekii in Leges aliquot perdifficiles, & nondum satis intellectas, novae Annotationes.</p>	537
<p>Petri Perreassii Animadversionum & Variationum Iulianus Juris Civilis Libri duo.</p>	589
<p>Georg. Cov. Crusii ex varis Observationibus, quae ad Jus Civile pertinent, Distrib. de scriptura & sententia l. Si paterfam. 42. D. de Hered. instit. Dissertatio ex Ulpiani lib. IV. ad Edictum de Pactis & Conventionibus.</p>	667 672 &
<p>Lud. Choumde notio, seu Verificium Libri tres. In quibus multa Juris Civilis loca doctè explicantur &c. ad tit. D. de Verbor. Obligat. Seculim. de Jurisdictione & Imperio Libellim.</p>	675 809 839
<p>Marquardi Preheri notio, seu Verificium Libri duo, in quibus varis Juris Civilis loca nove explicantur, emendantur, illustrantur &c.</p>	853

